Sic legendum juxta nitidum apographon Palmeri. Simile proscynema sub n[is] 1625, 1812, 2202, etc.

2047. — Bénédite, 1232.

שלם עבדאל[עלי בר]
גרמאלבעלי

Pax ! ʿAbdal[aʿli, filius]
Garmalbaʿli.

Simile proscynema sub n° 3182.

2048. — Bénédite, 1233.

עבדאלבעלי *ʿAbdalbaʿli,*
בר שעדת *filius Šaʿidat.*

Lectio certa collato n° 1929.

2049. — Bénédite, 1234.

Proscynemata duo vel tria imperfecta.

שלם ואלו
ד[כי]ר פ[צ]יו ו
שלם אל. . . .
[בר ח]רישו

Pax ! Wai'lu . . . .
Commemorati sint Foṣaiyu et . . . . .
Pax ! Al. . . . .
filius [Ḥa]rišu.

2050. — Bénédite, 1235.

שלם עמר[ו] בר *Pax ! ʿAmr[u], filius*
כעמה *Kaʿameh.*

Eadem nomina, inverso ordine, sub n° 2659.

2051. — Bénédite, 1236.

Hæc apparent in apographo, quod sane sine emendatione legi nequit :

2052. — Bénédite, 1237.

שלם ואלו בר . . . . .

Pax ! Wa'ilu, filius . . . . .

2053. — Bénédite, 1238.

שלם עמרו בר כלבו

Pax ! ʿAmru, filius Kalbu.

Simile proscynema sub n° 2300.

(Impressum mense augusto anni 1906.)

2054. — Bénédite, 1239.

דכיר אתמו בר

עבדאלהי

Commemoratus sit Atimu, filius
'Abdallahi.

Lectio certa; simile proscynema jam sub n[is] 511, 512, 935, etc., et infra sub n° 3016.

2055. — Bénédite, 1240.

שלם גרמאלבעלי בר

חרשו בר זידו [בטב]

Pax! Garmalba'li, filius....
Ḥirśu, filius Zaidu, [in bono].

Proscynema superius imperfectum; inferius etiam habemus sub n° 2406. Ultima signa confusa.

2056. — Bénédite, 1241.

שלם זידו [בר]

ש.....

Pax! Zaidu, [filius]
Š.....

Imperfectum; linea inferior evanida.

2057-2071

(Tab. XVIII.)

Proscynemata a Bénédite prætermissa; ea descripserunt Palmer et Euting. Apographa Eutingiana tabula XVIII damus.

2057. — Palmer, I, 42; Euting, 171.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XX.

שלם עבדאלבעלי בר ואלו

Pax! 'Abdalba'li, filius Wa'ilu.

Simile proscynema sub n[is] 2323, 2374, 2992, 3067.
Infra, proscynema aliud evanidum; initio videtur legendum nomen עליו.

2058. — Palmer, I, 42; Euting, 172.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XX.

שלם פצי בר חנטלו בטב

Pax! Faṣi, filius Ḥanṭalu, in bono.

Simile proscynema sub n° 2174.

2059. — Palmer, I, 42; Euting, 173.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XX.

שלם חנטלו בר

[דכי]ר עוימו בר כלבו ...ו

Pax! Ḥanṭalu, filius...
[Commemo]ratus sit 'Owaimu, filius Kalbu.

Primam lineam omisit Palmer. Pro חנטלו legit Euting חנינו, nomen quod alibi non occurrit in titulis sinaiticis.
Proscynematis inferioris nomina, inverso ordine, sub n[is] 2395, 2414, 2779.

2060. — Palmer, I, 42; Euting, 174.

שלם חורו בר
ואלו

Pax! Ḥuru, filius
Wa'ilu.

2061. — Euting, 175.

שלם אבן קומו

וכעמה בני ע[מר]ו

Pax! Ibn-Qauwamu
et Ka'ameh, filii 'Amru.

Nomen patris descripsit Euting עדמו, sed vix dubium esse potest quin legendum sit עמרו; in aliis enim proscynematibus eorum virorum ita non semel scriptum est, vide sub nis 2301, 2659.

2062. — Euting, 176.

שלם שלמו — *Pax! Šalmu.*

2063. — Euting, 177.

שלם שעדאלהי בר בריאו

Pax! Ša'dallahi, filius Borai'u.

Simile proscynema sub nis 1494, 1679, 2087, etc.

2064. — Euting, 178.

שלם ואלו בר זידו בטב

Pax! Wa'ilu, filius Zaidu, in bono.

Simile proscynema n° 1892.

2065. — Palmer, I, 43; Euting, 179.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XX.

דכיר עבידו

בר גדיו בטב

Commemoratus sit 'Obaidu,
filius Godaiyu, in bono.

עבידו distincte habet Palmer. In linea inferiore utrumque apographon habet גויו, quod mutandum videtur in גדיו; litteræ enim ו et ד, ut jam diximus sub n° 1685, confusionem facile inducunt; aliud exemplum vide sub n° 2067.

Simile proscynema sub nis 2143, 2238, 2241.

2066. — Euting, 180.

שלם דאבו — *Pax! Di'bu,*

בר עמיו בטב — *filius 'Ammayu, in bono.*

Simile proscynema sub nis 1700, 1901, 2033, etc.

2067. — Palmer, I, 43; Euting, 181.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XX.

גדיו בר — *Godaiyu, filius*

חרישו — *Ḥarîšu.*

Lectio probabilior, collato utroque apographo. Simile proscynema sub n° 1930. Pro חרישו habet Euting חוישו.

2068. — Palmer, I, 43; Euting, 182.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XX.

עבדאלבעלי בר עמיו בר

שמרח ביתיא בטב

'Abdalba'li, filius 'Ammayu, filii
Šimraḥ, œconomi, in bono.

Simile proscynema sub nis 1612, 1814, etc. Vox ביתיא hic nitide scripta est; vide sub n° 1612.

2069. — Euting, 183.

שלם א..בשו בר

. . . .

Pax! A....šu, filius

. . . .

Interpretatus est Euting מברשו בר ואלו; quæ lectio cum apographo parum congruere nobis videtur.

2070. — Euting, 184.

שלם חנטלו בר פצי בטב

Pax! Ḥanṭalu, filius Faṣi, in bono.

Simile proscynema sub n° 1785.

2071. — Euting, 185.

Duplex apographon ejusdem proscynematis descripsit Euting. Alterum sub n° 2071 B, tabula XIX, damus.

שלם חורו בר עמנו בטב

Pax! Ḥuru, filius ʿAmanu, in bono.

עמנו potius quam עמרו legendum, ad fidem apographi; cf. tamen n^{um} 1903.

2072-2084

(Tab. XIX.)

Apographa Eutingiana damus; proscynemata sunt quæ prætermisit Bénédite.

2072. — Palmer, I, 43; Euting, 186; Lidzbarski, XXXV, 15.

דכיר בטב ושלם
שעדו בר
גרמאלבעלי
עד עלם

Commemoratus sit in bono et pace
Šaʿdu, filius
Garmalbaʿli,
in æternum.

Proscynema omnino simile sub n° 2680.

2073. — Palmer, I, 43; Euting, 187.

שלם עבדאלבעלי
[בר] עממו

Pax! ʿAbdalbʿali,
[filius] ʿAmamu.

Nomen auctoris עבדאלבעלי legendum est, ut distincte scriptum est in apographis Palmeri, hic et sub n° 2074. Simile proscynema habemus sub n^{is} 1916, 2001, 2684 B.

2074. — Palmer, I, 44; Euting, 188.

שלם עבדאלבעלי בר
עממו ועממו ברה

Pax! ʿAbdalbʿali, filius
ʿAmamu, et ʿAmamu filius ejus.

Ejusdem auctoris ac proscynema sub n° 2073 editum.

2075. — Palmer, I, 44; Euting, 189.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XX.

דכיר טב ואלו בר אושו

Commemoratus sit bene Waʾilu, filius Ausu.

Simile proscynema sub n^{is} 2203, 2559.

2076. — Euting, 195.

פצי בר ס.אל — *Faṣi, filius* ...
בטב — *in bono.*

Patris nomen omnino incertum. Conjectavit Euting פציאו בר ואלו: quod nobis parum verisimile est. Potius legendum פצי בר גרמאל[בעלי]; vide sub n° 3101.

2077. — Palmer, I, 45; Euting, 196.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XX.

שלם שמרח בר ..ו
.... רו בטב
...ו ואלו
... עמיו...

Pax! Šimraḥ, filius ....
[filii ʿAm]ru, in bono.
... *et Wa'ilu*...
... *ʿAmmayu*...

Proscynemata partim deleta. Non in omnibus secum congruunt apographa. Nomina propria quæ transcripsimus certa videntur.

2078. — Palmer, I, 45; Euting, 197.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XX.
Idem proscynema bis scriptum :

שלם בכרו בר — שלם בכרו בר
קייזו — קייזו

Pax! Bakru, filius
Qoyaizu.

קייזו, lectio incerta; si recte legimus, nomen est diminutivum e קיזו; vide sub n^is^ 1220, 1221. Legit Euting: עיידו. — בכרו, vide sub n° 592.

2079. — Palmer, I, 46; Euting, 198.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XX.

שלם שרפיו בר
ערביו

Pax! Šarafiyu, filius
ʿArabîyu.

Licet signa satis sint confusa, lectio omnino certa est. In apographo Palmeri, juxta titulum depictum est animal quadrupes, et annulus litteræ ו dextrorsum conversus est, prout jam invenimus in aliis proscynematibus ejusdem auctoris, sub n^is^ 1663, 1946, 2179.

2080. — Palmer, I, 47; Euting, 199.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XX.

דכיר אושו בר
עותו בטב
ועותו ברה

Commemorati sint Aušu, filius
ʿAutu, in bono;
et ʿAutu filius ejus.

Eadem nomina sub n^is^ 2100, 2287.
Tertiam lineam bis descripit Palmer. Infra, signa quædam confusa, ex alio proscynemate.

2081. — Euting, 205.

שלם עודו בר
עמיו ס...

Pax! ʿAudu, filius
ʿAmmayu.....

Eadem nomina sub n^is^ 1753, 2006. — Vox quæ hic sequitur nomen patris incerta est.

2082. — Euting, 206.

שלם חנטלו *Pax! Ḥanṭalu.*

2083. — Euting, 207.

דכיר גרמאלבעלי
בר צעבו בטב

Commemoratus sit Garmalbaʿli,
filius Ṣaʿbu, in bono.

2084. — Euting, 208.

שלם אחרשו בר אושו
בר חרישו בר
[בר] מגדיו תחא

Pax! Aḥrašu, filius Aušu
...filius Ḥaršu, filii...
[filius] Mogdiyu.........

אחרשו, ar. أَخْرَس, « mutus »; cf. אלאחרשו sub nº 1254. Secunda linea alia manu exarata videtur, ex alio proscynemate manco. In tertia linea, מגדיו legendum suspicamur, signo ג in ס mutato; ultima vox nullum sensum præbet; solerter conjectavit Nöldeke (apud Euting) legendum esse תגרא « mercator ».

2085-2092

(Tab. XX.)

Hac tabula apographa damus proscynematum quæ unus vel aliis accuratius descripsit Palmer.

2085. — Palmer, I, 46; Euting, 200.

Apographon Eutingianum vide sub *b*, tabula XIX. Scriptura proscynematum satis intricata est et partim evanida; singula litteris distinximus.

A. שלם ואלו....

B. שלם מענו....

C. זידו בר גרמאלבע[לי]

D. דכיר צובו.... קינו...

A. *Pax! Wa'ilu.....*
B. *Pax! Maʿnu.....*
C. *Zaidu, filius Garmalbaʿ[li].*
D. *Commemoratus sit Ṣaubu,.... Qainu.....*

C. Simile proscynema habemus sub nis 2095, 3155.

2086. — Palmer, I, 46; Euting, 201.

Apographon Eutingianum sub *b*, tabula XIX.

שלם עבדאלבעלי בר עמיו בי[תיא]

Pax! ʿAbdalbaʿli, filius ʿAmmayu, œconomi.

ביתיא, in fine, certum ex apographo Palmeri; cf. sub nº 1612.

2087. — Palmer, I, 46; Euting, 201a.

Apographon Eutingianum sub *b*, tabula XIX.

שעדאלהי בר *Šaʿdallahi, filius*
בריאו *Borai'u.*

Simile proscynema sub nis 1494, 1679, 2063, etc.

2088. — Palmer, I, 46; Euting, 204.

Apographon Eutingianum sub *b*, tabula XIX.

עודו [בר]
שעדאלהי   קינו בר [א]וישו
בר אוישו

'Audu, [*filius*]
Ša'dallahi. — *Qainu*, *filius 'Owaišu.*
. . . . .*filius 'Owaišu.*

Hæc legimus ex apographo Palmeri. Duo sunt proscynemata; prius etiam habemus sub n[is] 1606, 1759; posterius, quod hic bis exscriptum fuisse videtur, occurrit rursum sub n[is] 2110, 2347, 2369.

2089. — Palmer, I, 46.

שלם אעלא
[בר ע]בידו בט[ב]

Pax! A'lâ,
filius 'Obaidu, in bono.

Restitutio dubia.

2090. — Palmer, I, 46.

נשינו בר   שלם עמיו בר
דכיר ב[ר]יאו

Pax! 'Ammayu, filius . . .   *Nošaigu, filius . . . . .*
Commemoratus sit Borai'u . . .

Proscynemata tria, imperfecta.

2091. — Palmer. I, 46; Euting, 203.

Apographon Eutingianum sub *b*, tabula XIX.

שלם דמגו בר טילת בטב

Pax! Damigu, filius Ṭilat.

Simile proscynema sub n[is] 2360, 2366, 3017.

2092. — Palmer, I, 46; Euting, 202.

Apographon Eutingianum sub b, tabula XIX.

שלם גד[י]ו. . . .
שלם חלצת בר חברכן

Pax! Godaiyu.
Pax! Ḥaliṣat, filius Ḥebrikan.

Primam lineam prætermisit Palmer. — Eadem nomina, inverso ordine, sub n° 2982.

2093-2103

(Tab. XXI.)

2093. — Bénédite, 1242.

שלם שמר[ח]   *Pax! Šimraḥ,*
בר עממו   *filius 'Amamu.*

Simile proscynema sub n° 1282.

2094. — Palmer, I, 29; Bénédite, 1243.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XX.

שלם מענו בר הנא[ו]

Pax! Ma'nu, filius Hani'u.

Simile proscynema sub n[is] 1654. 1716, etc.

2095. — Bénédite, 1244.

שלם גרמא[לבע]לי

שלם זידו
בר [גר]מאלבעלי

Pax! Garmalba'li.

Pax! Zaidu,
filius Garmalba'li.

Simile proscynema sub n^is 2085 C, 3155.

2096. — Palmer, I, 29; Bénédite, 1245.

שלם עמיו בר שמרח

Pax! ʿAmmayu, filius Šimraḥ.

Simile proscynema sub n^is 1491, 2333, 2835.

2097. — Palmer, I, 29; Bénédite, 1246.

שלם צובו — *Pax! Ṣaubu,*
בר כלבו — *filius Kalbu.*

Lineam inferiorem prætermisit Palmer; כלבו, lectio dubia.

2098. — Bénédite, 1247.

שלם אושו בר
חנטלו
דכ[י]ר א[ושו בר]
ח[נ]טלו
בטב
שלם...

Pax! Aušu, filius
Ḥanṭalu.
Commemoratus sit A[ušu, filius]
Ḥanṭalu,
in bono.
Pax!.....

Simile proscynema sub n^is 1600, 2132, 2325, 2502.

Proscynemata duo ejusdem viri ut videtur; diversa tamen manu exarata sunt.

2099. — Bénédite, 1248.

שלם חרישו בר
עבד[ל]בעלי בר יעלי

Pax! Ḥarîšu, filius
ʿAbd[al]baʿli, filii Yaʿli.

Proscynema omnino simile, eadem manu descriptum, ut videtur, sub n° 1278.

2100. — Bénédite, 1249.

שלם אושו בר — *Pax! Aušu, filius*
עותו — *ʿAutu.*

Simile proscynema sub n° 2287; cf. n^um 2080.

2101. — Bénédite, 1250.

שלם ואלו — *Pax! Wa'ilu,*
בר דאיבו — *filius Do'aibu.*

Patris nomen forsitan כליבו; lectio tamen minus probabilis.

2102. — Bénédite, 1251.

שלם חרישו — *Pax! Ḥarîšu,*
בר שמרח שלם — *filius Šimraḥ. Pax!*

Simile proscynema sub n° 2328.

2103. — Bénédite, 1252.

שלם בחגה בר
עבדאלבעלי

Pax! Baḥageh, filius
ʿAbdalbaʿli.

Simile proscynema sub n° 3102.

ARTICULUS XVI.

MONS DICTUS DJEBEL SERBÂL.

Mons *Serbâl*, جبل السربال, dictus, est inter omnes Peninsulæ montes celeberrimus. Fuerunt eruditi viri qui hunc montem locum sacrum religioso cultu ab antiquo frequentatum fuisse, demonstrare conati sunt. Qui cultus, si unquam exstitit, tempore Nabatæorum nostrorum penitus oblivioni datus videtur; nullum discrimen est inter inscriptiones ibi repertas et eas quæ inventæ sunt in aliis regionibus; immo, ut jam diximus, rariora sunt proscynemata in vertice montis.

2104-2125

(Tab. XXI.)

2104. — Palmer, I, 44; Euting, 190; Bénédite, 1253.

Proscynema quod olim delineavit Frazer et edidit J. Hogg; cf. t. I, p. 357, l. 1. — Notavit Bénédite in suo libello : «Sur un terre-plein rocheux au pied du Serbâl», quod de n^is 2104-2107 dictum est.

שלם חנטלו בר נשנכיה
שלם אל.....

Pax! Ḥanṭalu, filius Našnakîyah.
Pax! Al.....

Simile proscynema sub n^is 2697, 2739, 2810, 3176.

2104 bis. — Ordnance Survey of Sinai, III, pl. 32.

Imaginem photographicam vide tabula nostra LXVII. Hanc imaginem expresserunt docti Angli ab aliquo saxo «ad pedes montis Serbâl»; huic autem saxo inscripta sunt aliquot proscynemata quæ nullum apographorum nostrorum exhibet.

A. Ad summam imaginem :

שלם אושו ופציו [בני]
חרישו
.....כטב ושלם

Pax! Aušu et Foṣaiyu, [filii]
Ḥarîšu.
.... in bono et pace.

Simile proscynema sub n° 2369. Idem auctor esse videtur, quamvis nomen hic פציו, illic פצי scriptum appareat. Utrum ad proscynema pertineat tertia linea, an vero ad sequens, incertum est.

B. Paullo infra :

שלם שלמו בר מ..ו

Pax! Šalmu, filius M.....

Cetera proscynemata satis confusa et partim deleta.

Cum proscynematibus multæ figuræ, præsertim animalium, rupe insculptæ sunt rudi manu; hujusmodi delineationes opus non esse Nabatæorum sedulo inspicienti tabulam facile apparebit : sæpe enim aut litteræ nabatææ in figuras deformatæ, aut figuræ litteris superscriptæ sunt.

2105. — Palmer, I, 45; Euting, 191; Bénédite, 1254.

Apographon Eutingianum sub *b*, tabula VI; apographon Palmeri sub *c*, tabula XX.

שלם חלצת
בר עבדאלבעלי
ו בר שעורי

Pax! Ḥaliṣat,
filius ʿAbdalbaʿli.
. . . u, filius Šaʿudai . . .

Ita descripserunt Bénédite et Palmer, et quidem recte: hujusmodi enim proscynema jam invenimus sub n[is] 710, 1482, etc.; secundam autem lineam Euting junxit cum proscynemate sub n° 2106 edito.

2106. — Palmer, I, 44; Euting, 193; Bénédite, 1255.

Apographa: Palmeri sub *c*, tabula XX; Euting sub *b*, tabula VI.

שלם מגדיו בר ואלו עלימא

Pax! Mogdiyu, filius Wa'ilu, servus.

Eadem nomina sub n° 1704.

עלימא, lectio certa. Vix credibile est virum qualitatem «servi» commemoravisse; unde conjecit Nöldeke, apud Euting, sensum esse «filius Wa'ilu junioris» ad distinctionem ab alio Wa'ilu seniore. Videtur tamen esse nomen officii. Fortasse fuit vir addictus servitio cujusdam numinis aut fani, ita ut vox עלימא fere idem sonet ac græca ἱερόδουλος. Id vocabulum jam invenimus sub n° 1140.

2107. — Palmer, I, 44; Euting, 194; Bénédite, 1256.

שלם שמרח בר כלבו בטב

Pax! Šimraḥ, filius Kalbu, in bono.

Simile proscynema sub n[is] 1611, 1884, 2309, etc.

2108. — Bénédite, 1257.

Proscynemata edita sub n[is] 2108-2115 invenit Bénédite: «sur les pentes de la montagne en montant vers le sommet».

שלם של	*Pax! Pax!*
שלם מ[ע]ירו:	*Pax! Moʿaiyeru,*
בר מ...	*filius M. . . . .*

Proscynema lectu difficile. Secunda linea, nomen videtur esse מעירו; vel forte עבידו, si littera מ conjungenda est cum ל lineæ superioris; lectio מעירו tamen probabilior; cf. n[um] 2111, ubi id nomen eadem manu scriptum videtur.

Signa tertiæ lineæ obscura; similia vide sub n° 2123.

2109. — Bénédite, 1258.

בר שלמו	*filius Šalmu*
שלם אשודו	*Pax! Aśwadu*

אשודו; ultimum ו supra lineam scriptum, deficiente spatio.

Lectio nominum certa est; eorum autem relatio non adeo certa. Forsan interpretandum est שלמו בר אשודו (cf. n[um] 1472); aut duo sunt proscynemata imperfecta, et lineam superiorem conjungere licet cum prima linea n[i] 2111: מעירו בר שלמו (cf. n[um] 2962).

2110. — Bénédite, 1259.

[ד]כיר קינו
[בר א]וישו

Commemoratus sit Qainu,
[filius 'O]waišu.

Simile proscynema sub n[is] 2347, 2369.

2111. — Bénédite, 1260.

שלם מעירו
שלם עממו בר
שלמו

Pax! Moʿaiyeru.
Pax! ʿAmamu, filius
Šalmu.

Proscynemata duo, diversa manu scripta. Prius forte complendum מעירו [בר שלמו], cf. n[um] 2109; posterius conferendum est cum n° 2122.

2112. — Bénédite, 1261.

שלם חרישו בר מעירו

Pax! Ḥarîšu, filius Moʿaiyeru.

Simile proscynema sub n° 1983.

2113. — Bénédite, 1262.

כלבו בר *Kalbu, filius*
עודו *ʿAudu.*

Simile proscynema sub n° 1883.

2114. — Bénédite, 1263.

שלם עממו
בר אבן אלקיני

Pax! ʿAmamu,
filius Ibn-Alqaini.

Simile proscynema sub nis 1564, 2565, 2683.

2115. — Bénédite, 1264.

שלם חנטלו [בר] א[ו]שו

Pax! Ḥanṭalu, [filius] 'A[u]šu.

Lectio non omnino certa; e nis 2132, 2903 restituimus nomen patris. Nomen אשו invenimus sub nis 499, 1124, etc.

2116. — Bénédite, 1265.

In ipso vertice montis repertæ sunt inscriptiones editæ sub nis 2116-2120, 2124, 2125. Notavit Bénédite : «Les inscriptions du sommet du Serbâl sont peu nombreuses : une dizaine environ, et peu lisibles»; similem adnotationem consignavit Palmer in suo enchiridio.

שלם צובו *Pax! Ṣaubu.*

2117. — Bénédite, 1266.

שלם אלמבקרו בר
עוי[מו]

Pax! Almobaqqeru, filius
ʿOwai[mu].

Patris nomen supplevimus collato n° 3033.

2118. — Burckhardt, p. 608, n° 1; Palmer, I, 55; Bénédite, 1267.

De apographo Burckhardi, vide sub n° 2126; apographon autem Palmeri habes sub *b*, tabula XX.
Collatis inter se tribus apographis fere certa est lectio :

שלם עבידו
בר חרגלו מבק[רא]

Pax! ʿObaidu,
filius Ḥurgulu, explorator (?)

Nomina eadem habemus sub nis 1226, 1448, 2991.
Vox ultima מבק[רא] complenda videtur; cf. infra sub n° 2661.

2119. — Palmer, I, 55; Bénédite, 1268.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XX. Collato utroque apographo nil certi eruere valemus.

2120. — Palmer, I, 55; Bénédite, 1269.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XX.

שלם ואלו בר עו[דו]

Pax! Wa'ilu, filius ʿAu[du].

Simile proscynema sub nis 1499, 1688, 1859, etc.

2121. — Bénédite, 1270.

Inscriptiones sub n[is] 2121-2123 editæ in parva planitie, paullo infra culmen montis, repertæ sunt.

שלם אלמבק[רו]
בר עודו בטב
שלם ואלו בר תים

Pax! Almobaqqe[ru],
filius ʿAudu, in bono.
Pax! Wa'ilu, filius Taim. . . . .

Proscynema superius jam invenimus sub n[is] 1540, 1817.

2122. — Bénédite, 1271.

שלם עממו בר שלמו

Pax! ʿAmamu, filius Šalmu.

Vocabulum בר omissum lapicida supra lineam deinceps scripsit. — Simile proscynema sub n° 2111; cf. etiam n[um] 2478.

2123. — Bénédite, 1272.

. . . .

שלם משלמו בר ואלו [בטב]

. . . .

Pax! Mašalimu, filius Wa'ilu, [in bono].
. . . .

משלמו, vocales apposuimus ad rationem græci nominis Μασάλεμος (Waddington, 2412 i).

In fine videtur vox בטב deformata imagine crucis. Signa quæ lineam inferiorem efformant similitudinem habent cum signis quæ invenimus sub n° 2108.

2124, 2125. — Bénédite, 1273, 1274.

Fragmenta evanida; quas adhuc conspicere licet litteræ ne nomen quidem integrum efformant.

Hæ duæ inscriptiones sunt montis culmini proximæ.

2126-2130

(Tab. XIX.)

Hæc proscynemata in vertice montis *Serbâl* descripsit et edidit Burckhardt; ejus apographa, satis quidem imperfecta, damus tabula XIX.

2126. — Burckhardt, p. 608, n° 1.

Idem est proscynema quod supra, sub n° 2118, edidimus.

2127. — Burckhardt, p. 608, n° 2; Levy, XIV B; Palmer, I, 56.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XXVIII.

Collato utroque apographo nihil certi eruere valemus.

2128. — Burckhardt, p. 608, n° 3; Tuch, XVI.

שלם גרימו בר או...

Pax! Goraimu, filius Au. . . . .

2129. — Burckhardt, p. 608, n° 3; Tuch, XVI; Palmer, I, 56.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XXVIII.

שלם חלצת

[בר] שעודת

Pax! Ḥaliṣat,

[filius] Ša'udat.

Simile proscynema sub n^is 2003, 3145.

2130. — Burckhardt, p. 606.

שלם תימאלהי בר [ע]ודו

שלם גרמאל[הי]

Pax! Taimallahi, filius ['A]udu.
Pax! Garmallahi.

עודו; lectio non omnino certa (cf. n^um 3132); ita etiam legendum videtur sub n° 1065.

ARTICULUS XVII.

VALLIS DICTA WADI 'ALEYÂT.

Jam, articulo XV, proscynemata quæ in hac valle descripsit Bénédite antequam adscensionem montis *Serbâl* aggrederetur, edidimus; nunc vero damus quæ recedendo a monte ibidem collegit.

2131-2181

(Tab. XXII.)

2131. — Ordnance Survey of Sinai, III, pl. 31; Palmer, I, 49; Bénédite, 1275.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XX; imaginem photographicam sub *c*, tabula LXVII damus.

דכיר חלצת והברכן

[בני] שעדאלהי

Commemorati sint Ḥaliṣat et Ḥebrikan,
[filii] Ša'dallahi.

Ad dexteram, eadem manu, vestigia alius tituli : . . . או בר ו . .

2132. — Bénédite, 1276.

שלם [חנט]לו בר

אושו אושו

בר [חנ]ט[ל]ו

Pax! Ḥanṭalu, filius
Aušu. — Aušu,
filius Ḥanṭalu.

Patris et filii proscynemata esse videntur. Ultima linea dubia; æquo jure, e specie litterarum, legas בר[ה כ]ט[כ]ו; attamen proposita lectio melior existimatur : tum quia ו omissum est ante nomen אושו, tum quia ultima littera ו superflua esset, si quidem integra videtur inscriptio; tum, denique, quia non semel occurrit hujusmodi proscynema; vide sub n° 2098.

2133. — Bénédite, 1277.

Fragmentum dubiæ lectionis; forte : שלם חרשו.

2134. — Palmer, I, 49; Bénédite, 1278.

שלם   שלם ו

בטשו   דו

Pax! Biṭašu.   *Pax! Waddu.*

Lectio valde probabilis; cf. n^um 3172.

2135. — Palmer, I, 49; Bénédite, 1279.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XX.

שלם נשינו — *Pax! Nošaigu...*

Ad sinistram, vestigia alius proscynematis : fortasse nomen חרישו.

2136. — Bénédite, 1280.

שלם א[וש]ו בר [ע]מ[מ]ו בטב ו[שלם]

Pax! Aušu, filius ʿAmamu, in bono et pace.

Auctoris nomen in apographo scriptum est ואשו; restituimus collato n° 2376. Cf. n^um 2315.

2137. — Burckhardt, p. 613, n° 3; Bénédite, 1281.

Apographon Burckhardti sub *b*, tabula LXX.

שלם עבדאלבעלי בר
פארן

Pax! ʿAbdalbaʿli, filius
Fâran.

Simile proscynema sub n^is 1867, 2821.

2138. — Burckhardt, p. 613, n° 3; Bénédite, 1282.

Apographon Burckhardti sub *b*, tabula LXX.

שלם הנאו — *Pax! Haniʾu,*

....

Valde discrepant apographa in descriptione lineæ inferioris; lectio incerta est; fortasse : בר מענו.

2139. — Burckhardt, p. 613, n° 3; Bénédite, 1283.

Apographon Burckhardti sub *b*, tabula LXX.

שלם פארן בר אלמבק[רו]

Pax! Fâran, filius Almobaqqe[ru].

2140. — Bénédite, 1284.

Fragmentum incertæ lectionis :

שלם וא . אם . . בר א

2141. — Bénédite, 1285.

Fragmentum; forsan : חנטלו ואו[שו]. Cf. n^um 2132.

2142. — Bénédite, 1286.

שלם חלצו — *Pax! Haliṣu.*

2143. — Bénédite, 1287.

שלם עבידו בר — *Pax! ʿObaidu, filius*
גדיו בטב — *Godaiyu, in bono.*

Simile proscynema sub n^is 2065, 2238, 2241.

2144. — Bénédite, 1288.

שלם סרפיו ב[ר]
ערביו

Pax! Sarafiyu, filius
ʿArabîyu.

Recole dicta sub n° 1663.

2145. — Palmer, I, 42; Euting, 169; Lidzbarski, XXXV, 2; Bénédite, 1289.

שלם אלכהנו בר נשינו בטב ושלם

Pax! Alkahinu, filius Nošaigu, in bono et pace.

Simile proscynema sub n^is 1878, 1967, 2512.

2146. — Palmer, I, 42; Euting, 170: Lidzbarski, XXXV, 3; Bénédite, 1290.

שלם אלכתיו בר עבדאלבעלי בטב ושלם

Pax! Alkotaiyu, filius ʿAbdalbaʿli, in bono et pace.

Simile proscynema sub nis 1667, 1682, 1786, etc.

2147. — Bénédite, 1291.

Proscynema evanidum; nomen auctoris שמרח vel שלמו; nomen patris omnino incertum.

2148. — Bénédite, 1292.

שלם חרוצו בר....

Pax! Ḥaruṣu, filius.....

חרוצו, cf. nom. arab. خروص (Ibn Doreid, p. 298). Ita legimus, quia sæpe hoc nomen invenimus (cf. sub n° 2151); sed re vera apographon exhibet חרושו.

2149. — Bénédite, 1293.

שלם עבדא[ה]יו בר
עודו

Pax! ʿAbd'âhiyu, filius
ʿAudu.

Lectio certa. Simile proscynema sub nis 2846, 2882.

2150. — Palmer, I, 41; Bénédite, 1294.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XX.

שלם עמיו בר עודו

Pax! Ammayu,
filius ʿAudu.

Simile proscynema sub nis 2622, 2856.

2151. — Palmer, I, 42; Euting; 166, 167; Bénédite, 1295.

Apographon Eutingianum sub *b*, tabula VI; Palmeri sub *c*, tabula XX.

[ח]רוצו — *Ḥaruṣu*
שלם גשמו — *Pax! Gošamu*

תרוצו ex apographis legendum; sed alibi חרוצו distincte scriptum est nomen.

גשמו, nomen vide sub n° 1009; gr. Γόσαμος (Dussaud, *Nouv. arch. des Missions*, t. X, p. 271). Ita descripserunt Euting et Palmer. Eorum lectio confirmatur lectione proscynematum sub nis 2730, 2746, 2802 editorum, in quibus eadem nomina inveniuntur. Immo, suspicamur nominum ordinem ex industria mutatum esse, et legendum גשמו בר חרוצו. Hujusmodi inversionis exempla habes sub nis 1782, 2109, 2478, 2486.

2152. — Palmer, I, 41; Euting, 168; Bénédite, 1296.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XX.

שלם עודו בר
שלם אלמבקרו
בר [א]ושאל
עלי

Pax! ʿAudu, filius.....
Pax! Almobaqqeru,
filius Aušal.-
ʿli.

Proscynema superius imperfectum. In inferiore nomen patris incertum est; ex apographo Palmeri, qui quartam lineam omisit, libenter legas אושאלהי: cui lectioni favet proscynema sub n° 2621 editum; secundum Bénédite legendum est אושאלעלי vel אושאלבעלי.

2153. — Bénédite, 1297.

שלם מח[מי]ו — *Pax! Maḥmiyu,*
בר — *filius...*

מחמיו; aliter nomen restituere vix possibile est.

2154. — Palmer, I, 41; Euting, 165: Bénédite, 1298.

שלם עמיו — *Pax! ʿAmmayu,*
בר עמיו — *filius ʿAmmayu.*

Simile proscynema sub n° 1559.

2155. — Bénédite, 1299.

[ע]בידו בר אושו

ʿObaidu, filius Aušu.

Simile proscynema sub n^is 1481, 2642, etc.

2156. — Bénédite, 1300.

שלם צובו — *Pax! Ṣaubu,*
בר ...אלה... — *filius .....*

Patris nomen probabiliter legendum והבאלה; cf. n^um 1845.

2157. — Palmer, I, 39; Euting, 163; Bénédite, 1301.

שלם חורו בר — *Pax! Ḥuru, filius*
עמרו — *ʿAmru.*

Simile proscynema sub n° 1903.

2158. — Palmer, I, 39; Euting, 164; Bénédite, 1302.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XX.

שלם הניאו בר שלמו חנה

Pax! Honaiʾu, filius Šalmu ...

Simile proscynema sub n° 2883.

שלמו חנה. Omnia apographa hic congruunt in hanc lectionem; vocabuli sensus nos fugit.

2159. — Bénédite, 1303.

שלם [ע]מרו בר עממו

Pax! ʿAmru, filius ʿAmamu.

Simile proscynema sub n° 2209.

2160. — Bénédite, 1304.

Proscynema partim deletum; satis tamen distincte legere licet :

דכ[יר בטב] — *Comm[emoratus sit in bono]*
לעלם עלמ[ין] — *in sæcula sæculorum,*
חרישו בר — *Ḥarîšu, filius*
.... — ....

Similem loquendi rationem jam invenimus sub n° 1841. — חרישו, lectio non omnino certa.

2161. — Palmer, I, 41; Euting, 162; Lidzbarski, XXXV, 9; Bénédite, 1305.

שלם חנטלו בר נשנכיה ועבדבעלי ברה

Pax! Ḥanṭalu, filius Našnakiyah, et ʿAbdbaʿli (?) filius ejus.

Inscriptio litteris pedem amplis insculpta. Ejusdem auctoris proscynema, eadem manu exaratum, vide sub n^is 2104, 2810, etc.

עבדבעלי. Lectio non omnino certa; sed certum est ex apographo Palmeri nomen ad hoc proscynema pertinere; Euting descripsisse videtur עבדלהי.

2162. — Euting, 162*: Bénédite, 1306.

Apographon Euting sub *b*, tabula XXIV.

שלם ואלו בר ....

Pax! Waʾilu, filius ....

Apographa inter se non congruunt in describendo patris nomine; lectio probabilior videtur esse הניאו; cf. n^um 2170.

2163. — Euting, 160; Bénédite, 1307.

שלם [או]שלהי בר [עבדאלבעלי]
ועבדאלבעלי ברה...

Pax! Aušallahi, filius [ʿAbdalbaʿli], et ʿAbdalbaʿli, filius ejus.

אושאלהי, certum ex apographo Eutingiano; apud Bénédite potius : עבדאלהי. Nomen patris restituimus e n° 2277.

2164. — Euting, 158, 159; Bénédite, 1308.

Apographon Euting sub *b*, tabula XXIV.

שלם עבטת
בר חרישו בטב
בר חנאו וחרישו ברה

Pax! ʿIbṭat, filius Ḥarîšu, in bono. .... filius Ḥaniʾu, et Ḥarîšu, filius ejus.

חנאו, cum ח scriptum est apud Bénédite; quod jam notavimus sub n° 1994; sed Euting primam litteram ה descripsit.

2165. — Palmer, I, 40; Bénédite, 1309.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XX.

שלם חלצו	*Pax! Ḥaliṣu,...*
בר חורו	*..... filius Ḥuru.*

Nomina certa, sed probabiliter e duobus proscynematibus imperfectis.

II. — 11.

2166. — Euting, 161; Bénédite, 1310.

שלם אבאושו
ובריאו ועיידו בני חרי
שו בטב

Pax! Abu-Aušu et Boraiʾu et ʿOyaidu, filii Ḥarîšu, in bono.

Proscynema simile sub n^is 638, 1368, 3219.

2167. — Palmer, I, 40; Euting, 156; Bénédite, 1311.

Apographa : Euting sub *b*, tabula XXIV; Palmeri sub *c*, tabula XXVIII.

שלם עמיו בר עבדאהיו

Pax! ʿAmmayu, filius ʿAbdʾâhiyu.

Lectio omnino certa ex apographo Palmeri. Simile proscynema sub n^is 2009, 2563, 2678.

2168. — Palmer, I, 40; Euting, 157; Bénédite, 1312.

Apographa : Euting sub *b*, tabula XXIV; Palmeri sub *c*, tabula XXVIII.

שלם משלמו	*Pax! Mašalimu,*
בר עמיו.	*filius ʿAmmayu.*

עמיו, legendum videtur, collatis apographis. Simile proscynema habemus sub n° 2536.

2169. — Bénédite, 1313.

שלם אושו	*Pax! Aušu,*
בר ....ו	*filius .....*

Nomen patris evanidum.

(Impressum mense augusto anni 1906.)

2170. — Palmer, I, 38; Euting, 154; Bénédite, 1314.

שלם ואלו	*Pax! Wa'ilu,*
בר הניאו	*filius Honai'u.*

Simile proscynema sub n[is] 2689, 2858.

2171. — Palmer, I, 38; Euting, 155; Bénédite, 1315.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XXVIII.

שלם כלבו בר	*Pax! Kalbu, filius*
שעדאלהי	*Ša'dallahi.*

Simile proscynema sub n° 2496.

2172. — Bénédite, 1316.

שלם ואלו בר	*Pax! Wa'ilu, filius...*
ש.......ו	....

E duobus proscynematibus.

2173. — Palmer, I, 40; Euting, 153; Bénédite, 1317.

Apographa : Euting sub *b*, tabula XXIV; Palmeri sub *c*, tabula XXVIII.

שלם ואלו	*Pax! Wa'ilu,*
בר נקיבו	*filius Naqîbu.*

Patris nomen dubium, non enim inter se congruunt tria apographa; probabile tamen, collato n° 2244.

2174. — Palmer, I, 45; Bénédite, 1318.

שלם פצי בר חנטלו

Pax! Faṣi, filius Ḥanṭalu.

חנטלו; lectio certa ex apographo Palmeri. Simile proscynema sub n° 2058.

2175. — Bénédite, 1319.

שלם גדיו	*Pax! Godaiyu,*
בר דאבו	*filius Di'bu.*

Lectio non omnino certa.

2176. — Euting, 152*; Bénédite, 1320.

Apographon Euting sub *b*, tabula XXIV.

שלם עמיו בר
חנטלו בט[ב]

Pax! 'Ammayu, filius
Ḥanṭalu, in bono.

Simile proscynema sub n[is] 2215, 2266, 2681, 2878, 2879.

2177. — Euting, 152; Bénédite, 1321.

Apographon Euting sub *b*, tabula XXIV.

שלם חנטלו	*Pax! Ḥanṭalu,*
אושו .ימו	*Aušu ....*

Ultima signa refert Euting ad n[um] 2176. Descripsit Bénédite חיטו; Euting vero חיצו vel חיתו. — Cf. n[um] 2132.

2178. — Palmer, I, 36; Euting, 146; Bénédite, 1322.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XXVIII, Euting sub *c*, tabula LXX.

שלם עבדאל[גי]א
בר אושו

Pax! 'Abdal[gay]a,
filius Aušu.

עבדאלגיא legimus, nomen quod jam invenimus sub n° 1742; legit Euting עבדאלעזא, et huic quidem lectioni favet apographon a Bénédite sumptum; sed sub n° 2601, ubi eadem nomina habemus, inverso tamen ordine, lectio עבדאלגיא haud dubia videtur. Notandum insuper nomen deæ עזיא, non עזא, scriptum esse sub n° 611.

2179. — Palmer, I, 36; Euting, 141; Lidzbarski, XXXV, 4; Bénédite, 1323.

Apographon Euting sub *b*, tabula XXIV.

דכיר שרפיו
בר ערביו

Commemoratus sit Šarafiyu,
filius ʿArabîyu.

Ad dexteram, imago viri camelum fune ducentis, quæ plerumque cum hoc proscynemate delineata est; vide sub nº 1663.

2180. — Bénédite, 1324.

Proscynemata duo, magna ex parte deleta. Nihil certum præter solitas exclamationes, et nomen עוימו sub finem lineæ superioris.

2181. — Bénédite, 1325.

Initium proscynematis mutili. Valde probabiliter legendum :

שלם גרמאל[בע]ל[י] *Pax! Garmalbaʿli...*

2182-2226

(Tab. XXIII.)

2182. — Bénédite, 1326.

שלם חרישו *Pax! Ḥarîšu,*
[בר] שעדאלהי [*filius*] *Saʿdallahi.*

Simile proscynema sub nis 1813, 1956.

2183. — Bénédite, 1327.

שלם עמיו *Pax! ʿAmmayu,*
בר ..... *filius .....*

Nomen patris evanuit.

2184. — Palmer, I, 37; Bénédite, 1328.

שלם עבדאלבעלי
בר חלצת בט[ב]

Pax! ʿAbdalbaʿli,
filius Ḥaliṣat, in bono.

Simile proscynema, eadem manu descriptum, sub nº 1970; cf. num 2547.

2185. — Euting, 149; Bénédite, 1329.

Apographon Euting, sub *b*, tabula XXIV.

שלם כלבו בר
עו[י]מו ....

Pax! Kalbu, filius
ʿOwaimu ....

Simile proscynema sub nis 2395, 2414, 2779. Ultima signa incerta.

2186. — Palmer, I, 37; Euting, 147; Bénédite, 1330.

שלם אושאלבעלי
בר גרמאלבעלי

Pax! Aušalbaʿli,
filius Garmalbaʿli.

2187. — Palmer, I, 37; Euting, 148; Lidzbarski, XXXV, 5; Bénédite, 1331.

Apographa : Euting sub *b*, tabula XXIV; Palmeri sub *c*, tabula XXVIII.

שלם ח..ו.שמו

Apographa congruunt; nomina tamen incerta manent. Lectio probabilior videtur esse :

חגרו בר שמו

Infra, sunt vestigia alius proscynematis evanidi.

2188. — Euting, 143; Bénédite, 1332.

Apographon Euting sub *b*, tabula XXIV.

שלם עמיו אכפלא
בר כלבו בטב

Pax! ʿAmmayu, præpositus,
filius Kalbu, in bono.

Eadem nomina sub n° 969, ubi tamen vocem אכפלא non agnovimus. אכפלא legimus, quia hæc est lectio communior; hic vero lectioni אפכלא favent apographa; de hac voce vide quæ diximus sub n° 2660.

2189. — Euting, 144; Bénédite, 1333.

Apographon Euting sub *b*, tabula XXIV.

שלם יעלי *Pax! Yaʿli.*

Addit Euting גרם; litteræ e proscynemate quod sub n° 2191 damus desumptæ sunt.

2190. — Euting, 145; Bénédite, 1334.

שלם עממו בר עבדאלבעלי בר
ואלו

Pax! ʿAmamu, filius ʿAbdalbaʿli, filii
Waʿilu.

Simile proscynema, eadem manu exaratum, sub n° 1788. Pro ואלו, videtur hic descripsisse Bénédite ואללו; lineam inferiorem prætermisit Euting.

2191. — Palmer, I, 36; Bénédite, 1335.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XXVIII.

שלם	*Pax!*
...ו בר	*....filius*
גרמאלבעלי	*Garmalbaʿli.*

Auctoris nomen incertum; fortasse בשינו; cf. sub n° 2436.

2192. — Euting, 142; Bénédite, 1336.

שלם חליצו בר
אושאל[ב]עלי בטב

Pax! Ḥoldiṣu, filius
Aušal[b]aʿli, in bono.

Simile proscynema sub n° 2612.

2193. — Bénédite, 1337.

Fragmenta e duobus vel tribus proscynematibus.

של[ם] ....ו ו....
בר הנ[או]

2194. — Palmer, I, 39; Bénédite, 1338.

שלם שמרח	*Pax! Šimraḥ,*
בר כעמה	*filius Kaʿameh.*

Simile proscynema sub n° 1792.

2195. — Palmer, I, 35; Euting, 137, 138; Bénédite, 1339.

דכיר ואלו בר .....
דכיר ואלו בר עודו

Commemoratus sit Waʾilu, filius......
Commemoratus sit Waʾilu, filius ʿAudu.

In proscynemate superiore nomen patris incertum est : non congruunt inter se apographa. Proscynemati inferiori simile proscynema habemus sub nis 1499, 1688, 1859, etc.

2196. — Bénédite, 1340.

דכיר עידו
דכיר גרמאלבעלי
..... בטב ו[שלם]

Commemoratus sit 'Aîdu.
Commemoratus sit Garmalba'li,
...... in bono et [pace].

עידו; lectio non omnino certa.

2197. — Palmer, I, 36; Bénédite, 1341.

דכיר דאבו בר עמיו
.... דכי[ר עב]ידו בר

Commemoratus sit Di'bu, filius 'Ammayu.
Commemoratus sit 'Obaidu, filius....

In proscynemate superiore omnes litteræ uno ductu conjunctæ sunt; similem scribendi modum vide sub nis 1570, 1810, 1857, 2236, 2237, etc.

Simile proscynema sub nis 1700, 1901, 2033, etc.

Proscynema inferius, alia manu exaratum, dubiæ est lectionis.

2198. — Euting, 139; Bénédite, 1342, 1343.

Apographon Euting sub *b*, tabula XXIV.

שלם אל[דא]בו בר או[שו]
שלם [ח]רישו בר...

Pax! Aldi'bu, filius Aušu.
Pax! Ḥarîšu, filius....

Lectio non omnino certa.

2199. — Euting, 140; Bénédite, 1344.

Apographon Euting sub *b*, tabula XXIV.

שלם שמרח ב[ר] *Pax! Šimraḥ, filius*
אושו *Aušu.*

Simile proscynema sub nis 2584, 2637.

2200. — Bénédite, 1344'.

שלם *Pax!*
עמרו בר *'Amru, filius*
..וא.. .....

2201. — Palmer, I, 35; Euting, 132; Bénédite, 1345.

Apographa : Euting sub *b*, tabula XXIV; Palmeri sub *c*, tabula XXVIII.

שלם חרוצו בר *Pax! Ḥaruṣu, filius*
גרמאלבעלי ב[טב] *Garmalba'li.*

Fracto lapide, pars proscynematis periit ex quo Palmer visitavit Peninsulam.

2202. — Palmer, I, 35; Euting, 127; Bénédite, 1346.

שלם בריאו בר וא[לו]
שלם אל..

Pax! Boraï'u, filius Wa'ilu.
Pax! Al.........

Simile proscynema sub nis 1625, 1812, 2046, etc.

2203. — Palmer, I, 52; Bénédite, 1347.

שלם ואלו בר אוש[ו]
מגדיו

Pax! Wa'ilu, filius Aušu.
Mogdiyu.

Simile proscynema sub n^{is} 2075, 2559, 3224.

מנדיו; dubia lectio. Forte initium sit proscynematis: [של]ם גדיו. Sub n° 3224 vox quæ sequitur nomen patris מחמיו legenda videntur.

2204. — Bénédite, 1348.

שלם אושו — *Pax! Aušu,*
בר בטשו — *filius Biṭašu.*

Simile proscynema sub n^{is} 1806, 2011.

2205. — Palmer, I, 52; Bénédite, 1349.

שלם עמיו בר . . .
. . . וטבש.ו

Pax! ʿAmmayu, filius . . . . .
. . . .

2206. — Palmer, I, 35; Bénédite, 1350.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XXV.

דכיר עידו בר
חששו

Commemoratus sit ʿAïdu, filius Ḥašašu.

Simile proscynema sub n^{is} 1577, 2265.

2207. — Palmer, I, 34; Euting, 125; Bénédite, 1351.

Apographa : Euting sub *b*, tabula XXIV; Palmeri sub *c*, tabula XXVIII.

שלם חרישו בר — *Pax! Ḥarîšu, filius*
עציו — *ʿOṣaiyu.*

עציו : lectio certa ex apographis. Simile proscynema habemus sub n° 3114, et probabiliter sub n° 833, ubi nomen legimus עצרו. Cf. nom. arab. ejusdem stirpis عُصَيَّة (Ibn Doreid, p. 187).

2208. — Bénédite, 1352.

שלם ואלו — *Pax! Waʾilu,*
בר . . . . . — *filius . . . . .*

Nomen patris forsan כ[עמ]ח legendum; cf. n^{um} 2281.

2209. — Palmer, I, 33, 34; Euting, 122; Bénédite, 1353.

Apographon Euting sub *b*, tabula XXIV. Palmer duplex apographon sumpsit, vide sub *c* et *d*, tabula LXX.

שלם עמרו — *Pax! ʿAmru,*
בר עממו — *filius ʿAmamu.*

Descripsit Euting nomen auctoris עתרו, sed cetera apographa עמרו præ se ferunt.

Simile proscynema sub n° 2159.

2210. — Euting, 126; Bénédite, 1354.

שלם חרישו — *Pax! Ḥarîšu,*
בר עמיו — *filius ʿAmmayu.*

Simile proscynema sub n^{is} 1643, 1709, etc.

2211. — Palmer, I, 33, 52; Euting, 124, Bénédite, 1355.

Apographa : Euting sub *b*, tabula XXIV; Palmeri sub *c* et *d*, tabula XXVIII.

דכיר ערביו בר
סרפיו מ

Commemoratus sit ʿArabiyu, filius Sarafiyu.

Bis descripsit proscynema Palmer, sed non eodem loco; nam paulisper diversa sunt ejus apographa : in uno patris nomen שרפיו, in altero סרפיו scriptum videtur. Collatis documentis, proposita lectio certa est. Recole dicta sub n° 1663.

Ad quid spectet signum מ (forsan א; cf. n^{um} 2634) in fine, nescimus.

2212. — Bénédite, 1356.

[ד]כי[ר] בטשו ו
בר עבד . . .

Commemoratus sit Biṭašu,
filius ʿAbd. . . . .

Videtur proscynema ejusdem esse auctoris ac proscynema sub n° 1577, linea superiore, editum; quod enim descriptum est sub eodem numero, in linea inferiore, hic etiam rursum habemus sub n° 2206. Inde nomen patris satis probabiliter legendum est עבידו.

2213. — Palmer, I, 33; Bénédite, 1357.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XXVIII.

דכיר מגדיו
. . . .שלו

Commemoratus sit Mogdiyu,
. . . .

Simile proscynema, eadem manu exaratum, sub n° 2222; nomen patris eruere non valemus.

2214. — Euting, 121; Bénédite, 1358.

שלם אלמבקרו בר עמיו

Pax! Almobaqqeru, filius ʿAmmayu.

Simile proscynema sub nis 1489, 2383, 3196.

2215. — Bénédite, 1359.

דכיר עמיו בר [ח]נט[לו]
. . .שלם אל

Commemoratus sit ʿAmmayu. filius Ḥanṭalu.
Pax! Al. . .

חנטלו; restitutio certa. Simile proscynema habemus sub nis 2176, 2266, 2878, etc.

2216. — Lepsius, 16; Levy, XIII; Palmer, I, 34; Euting, 116; Bénédite, 1360.

Apographon Lepsii sub *b*, tabula XXIV.

דכיר חנטלו בר
עמיו

Commemoratus sit Ḥanṭalu, filius
ʿAmmayu.

Simile proscynema sub nis 1811, 2866.

2217. — Euting, 113; Palmer, I, 34; Bénédite, 1361.

Apographa : Euting sub *b*, tabula XXIV; Palmeri sub *c*, tabula XXVIII.

דכיר שמרח
בר אבן אלקי[ני] בטב

Commemoratus sit Šimraḥ,
filius Ibn-Alqaini, in bono.

2218. — Lepsius, 16; Levy, XIII; Palmer, I, 34; Euting, 117; Bénédite, 1362.

Apographon Lepsii sub *b*, tabula XXIV.

שלם אעלא בר
שמרח בט[ב]

Pax! Aʿlâ, filius
Šimraḥ, in bono.

2219. — Palmer, I, 34; Euting, 119; Bénédite, 1363.

Apographa: Euting sub *b*, tabula XXIV; Palmeri sub *c*, tabula XXVIII.

שלם שמרח *Pax! Šimraḥ,*
בר עמיו *filius ʿAmmayu.*

Simile proscynema sub nis 2329, 2564.

Ad dexteram scripsit Bénédite [illegible]; quæ signa, si

revera ad proscynema pertinent, exclamationem *Wah!* notant; cf. sub. n[is] 235 A, 298.

2220. — Palmer, I, 32; Euting, 114; Bénédite, 1364.

Apographa : Euting sub *b*, tabula XXIV; Palmeri sub *c*, tabula XXVIII.

שלם טילת בר דמגו

Pax! Ṭilat, filius Damiġu.

Simile proscynema sub n[is] 576. Cf. etiam n[os] 2091, 1941, 1549.

2221. — Palmer, I, 32; Euting, 115; Bénédite, 1365.

שלם שלמו [בר]
עבדאל[בעלי]

Pax! Šalmu, filius
ʿAbdal[baʿli].

Nomen patris complevimus e n[is] 1646, 1708, etc.

2222. — Palmer, I, 32; Euting, 112; Bénédite, 1366.

Apographon Euting sub *b*, tabula XXIV.

דכיר מגדיו
.....שלו

Commemoratus sit Mogdiyu,
....

Proscynema simile sub n° 2213. Lineam inferiorem interpretari non valemus.

2223. — Bénédite, 1367.

דכיר יעלי בר תימאלהי

Commemoratus sit Yaʿli, filius Taimallahi.

Simile proscynema sub n[is] 1488, 1928, etc.

2224. — Palmer, I, 32 et 52; Euting, 107, 123; Bénédite, 1368.

Apographon Euting sub *b*, tabula XXIV.

A. שלם מענו בר
הנאו בטב

B. .י..ם..

A. *Pax! Maʿnu, filius*
Haniʾu, in bono.

Simile proscynema sub n[is] 1654, 1716, 1752, 1911, 1939, etc.

Fragmentum B, legit Euting (sub n° 123) בריו בטב, sed huic lectioni parum favent apographa Palmeri et Bénédite, quæ inter se optime congruunt.

2225. — Bénédite, 1369.

שלם חר[י]שו בר ו[אלו]

Pax! Ḥarîšu, filius Waʾilu.

Sic complendum est nomen patris collatis n[is] 1826 2334, etc.

2226. — Bénédite, 1370.

שלם ..י..
[בי]תיא בר עליו

Pax!.....,
filius Aliyu.

ביתיא; de hac voce cf. sub n° 1612. Hic autem vox remansit ex alio proscynemate deleto.

2227-2231

(Tab. XXIV.)

2227. — Bénédite, 1371.

שלם חרשו *Pax! Ḥiršu,*
בר חגירו *filius Ḥogairu.*

Simile proscynema sub n^is 1665, 1701.

2228. — Bénédite, 1372.

שלם עממו בר חגירו

Pax! ʿAmamu, filius Ḥogairu.

2229. — Bénédite, 1373.

שלם חורו בר *Pax! Ḥuru, filius...*

2230. — Bénédite, 1374.

שלם פארן *Pax! Fâran.*

Imperfectum, ut videtur.

2231. — Bénédite, 1375.

שלם דאבו בר *Pax! Diʾbu, filius*
עודו *ʿAudu.*
שלם אתמו *Pax! Atimu,*
בר עודו *filius ʿAudu.*
של[ם] אע[לא] *Pax! Aʿlâ.*

Proscynema superius etiam habemus sub n^is 1810, 2450; inferius sub n^is 2362, 2445.

2232-2244

(Tab. XVIII, XXIV.)

Tabula XVIII damus apographa ab Euting sumpta; imagines enim quas nobis, ope artis photographicæ, expresserat Bénédite perierunt. Quæ eodem loco descripsit Lepsius reperies tabula XXIV.

2232. — Lepsius, 9; Levy, vi; Palmer, I, 27; Euting, 88.

Apographa : Lepsii sub *b*, tabula XXIV; Palmeri sub *c*, tabula XXVIII.

שלם גרמאלבעלי
בר צובו

Pax! Garmalbaʿli,
filius Ṣaubu.

Sic legendum est, collatis apographis; simile proscynema sub n° 1963.

2233. — Lepsius, 7; Levy, iv, a; Palmer, I, 27; Euting, 89.

Apographa : Lepsii sub *b*, tabula XXIV; Palmeri sub *c*, tabula XXVIII.

שלם כעמה בר
צובו בטב

Pax! Kaʿameh, filius
Ṣaubu, in bono.

Simile proscynema sub n^is 1834, 1924, 1926.

(Impressum mense augusto anni 1906.)

2234. — Lepsius, 7; Euting, 90.

Apographon Lepsii sub *b*, tabula XXIV. Secundum illud legendum est :

שלם אושו. . . *Pax! Aušu. . .*

2235. — Lepsius, 7; Euting, 90*.

שלם עמרו בר נשי[גו בטב]

Pax! ʿAmru, filius Nošaigu, in bono.

Simile proscynema sub n° 1862.

2236. — Lepsius, 8; Euting, 91.

Apographon Lepsii sub *b*, tabula XXIV.

שלם דאבו בר עמיו

Pax! Di'bu, filius ʿAmmayu.

Simile proscynema sub n[is] 1700, 1901, etc.

2237. — Lepsius, 8; Levy, v; Euting, 92.

Apographon Lepsii sub *b*, tabula XXIV.

שלם אושו בר . . . . . בטב

שלם חנטלו

Pax! Aušu, filius . . . ., in bono.
Pax! Hanṭalu.

In priore proscynemate omnes litteræ uno ductu junctæ sunt; vide sub n[is] 1570, 1857, etc., et præsertim sub n° 1108, ubi scriptura tantam habet similitudinem cum nostra inscriptione ut facile credas hic quoque legendum esse :

שלם אושו בר כלבו וכלבו ברה בטב

Versum inferiorem omisit Euting.

2238. — Lepsius, 8; Levy, v; Euting, 93.

Apographon Lepsii sub *b*, tabula XXIV.

שלם עבידו בר גדיו בטב

Pax! ʿObaidu, filius Godaiyu, in bono.

Simile proscynema sub n[is] 2065, 2143, 2241.

2239. — Euting, 94.

Fragmentum. Omisit Lepsius. Occurrit, inter alia, nomen פצי.

2240. — Lepsius, 10; Levy, VII; Euting, 95.

Apographon Lepsii sub *b*, tabula XXIV.

שלם גדיו בר אושו

Pax! Godaiyu, filius Aušu.

Cf. n[um] 3082.

2241. — Lepsius, 10; Levy, VII; Palmer, I, 28; Euting, 96.

Apographon Lepsii sub *b*, tabula XXIV.

שלם עבידו בר גדיו

Pax! ʿObaidu, filius Godaiyu.

Simile proscynema sub n° 2238.

2242. — Palmer, I, 29; Euting, 97.

שלם גרמא[לבעלי]

Pax! Garma[lbaʿli].

2243. — Lepsius, 11; Levy, VII; Palmer, I, 30; Euting, 98.

Apographa : Lepsii sub *b*, tabula XXIV; Palmeri sub *c*, tabula XXVIII.

שלם גדיו	*Pax! Godaiyu,*
בר ואלו	*filius Wa'ilu,*
בט[ב]	*in bono.*
שלם חל	*Pax! Hal. . . .*

Lectio certa; simile proscynema sub n[is] 1662, 1874, etc.

Initio, signa [Nabataean], e vicino proscynemate.

2244. — Lepsius, 14; Levy, XI; Palmer, I, 30; Euting, 99; Lidzbarski, XXXVI, 10.

Apographa : Lepsii sub *b*, tabula XXIV; Palmeri sub *c*, tabula XXVIII.

למרכ[ור] ואלו
בר נקיבו כ[ר]מה
בטב

In commemorationem Wa'ilu,
filii Naqîbu . . . .,
in bono.

Lectio fere certa est ex apographis, sed interpretatio haud facilis.

Nomina eadem sunt quæ jam invenimus sub n° 2173. נקיבו, cf. nom. arab. نقيب, et nom. viri nabatæi Νάκεβος (Jos., *Ant. Jud.*, XVI, IX, 2).

Prima vox מרכבו scripta videtur, sed probabiliter legendum est מרכור; cf. n^um 2768.

In fine, כרמה, potius quam כנמה, legendum.

2245-2259

(Tab. XVIII.)

2245. — Burckhardt, p. 614, n° 8; Euting, 100.

שלם מענו בר הנאו

Pax! Ma'nu, filius Hani'u.

Simile proscynema sub n^is 1654, 1716, 1752, etc.

2246. — Burckhardt, p. 614, n° 8; Tuch, III; Uspenskij, 2^a ed., p. 133; Palmer, I, 29; Euting, 101.

שלם אלמבקרו — *Pax! Almobaqqeru,*
בר כלבו — *filius Kalbu.*

Simile proscynema, eadem manu exaratum, sub n^is 2381, 3058.

2247. — Palmer, I, 30; Euting, 102.

שלם גדיו
חלצת בר חלצ[ת]

Pax! Godaiyu.
Ḥaliṣat, filius Ḥaliṣat.

Lineam inferiorem omisit Palmer. Pro חלצת, prima vice fert apographon : תלצת. Simile proscynema habemus sub n^is 612, 1659.

2248. — Palmer, I, 28; Euting, 103.

שלם אושו
בר אושאלבעל[י]

Pax! Aušu,
filius Aušalba'li.

2249. — Euting, 104.

שלם מגדיו בר עמיו
בר אושו

Pax! Mogdiyu, filius 'Ammayu,
filii Aušu.

2250. — Lepsius, 17; Palmer, I, 31; Euting, 105.

Apographon Palmeri sub *b*, tabula XXIV.

שלם הניאו בר
ואלו

Pax! Honai'u, filius
Wa'ilu.

Simile proscynema sub n° 2631.
Infra, vestigia proscynematis fere deleti.

2251. — Euting, 120.

דכיר צובו בר
נשי[גו] בטב

Commemoratus sit Ṣaubu, filius Nošaigu, in bono.

Simile proscynema sub n° 1015.

2252. — Euting, 128.

שלם קוםו
בר עבדאלבעל[י] בטב

Pax! Qauwamu, filius ʿAbdalbaʿli, in bono.

2253. — Euting, 129, 130.

שלם חרוצו
שלם חרוצ[ו]

Pax! Ḥaruṣu.
Pax! Ḥaruṣu.

Idem nomen bis scriptum. Vide sub n° 1831.

2254. — Euting, 131.

שלם אלחיו [בר]

Pax! Alḥaiyu, filius . . .

Nomen patris evanidum. אלחיו jam invenimus sub n° 1730.

2255. — Euting, 133.

שלם גרמאלבע[לי]

Pax! Garmalbaʿli.

2256. — Euting, 134.

שלם חורו בר מעירו

Pax! Ḥuru, filius Moʿaiyeru.

Simile proscynema sub n° 2767; cf. etiam n^{um} 2651.

2257. — Euting, 135.

שלם עבדאלבעלי בר חרישו

Pax! ʿAbdalbaʿli, filius Ḥarišu.

Simile proscynema sub n^{is} 1798, 3134.

2258. — Euting, 150.

שלם בריא[ו] בר כלבו בטב

Pax! Boraiʾu, filius Kalbu, in bono.

Simile proscynema sub n^{is} 1521, 1616, 1639, etc.

Grey edidit (tab. XIII, n° 4) græcum proscynema quod huic nostro respondet, hunc in modum:

ΜΝΗΣΘΗ ΑΥΡΗΛΙΟΣ
ΒΟΡΑΙΟΣ ΧΑΛΒΟΥ

2259. — Euting, 151.

שלם אעלא בר חלצת בטב

Pax! Aʿlâ, filius Ḥaliṣat, in bono

Simile proscynema sub n° 2505.

2260-2262

(Tab. XVIII.)

Unus Lepsius horum proscynematum apographa nobis servavit; ea damus tabula XVIII.

2260. — Lepsius, 12; Levy, IX.

Proscynemata plura, aut mutila aut imperfecte descripta. Hæc legere licet :

A. שלם גרמאלבעלי

Pax! Garmalba'li.

B. שלם והבאלהי

Pax! Wahballahi.

C. שלם עככו בר

Pax! 'Amamu, filius....

Ad dexteram, ante proscynema B, vestigia nominis, probabiliter שמרח. — Ad sinistram, infra proscynema C, fortasse : של[ם] חנטל[ו].

2261. — Lepsius, 13; Levy, X.

של[ם]		*Pax!*
עמירת בר		*'Amîrat, filius*
עמיו		*'Ammayu.*

עמירת; vide sub n° 778.

2262. — Lepsius, 15; Levy, XII.

שלם ג[ד]יו *Pax! Go[dai]yu.*

2263-2268

(Tab. XIX.)

Sub his numeris damus apographa a Burckhardt edita; non perfecte exscripta sunt, et eis forsan eadem proscynemata quæ alii melius descripserunt continentur.

2263. — Burckhardt, p. 613, n° 1.

שלם .... [בר] אלמבקרו

Pax! ....., [filius] Almobaqqeru.

Nomen auctoris incertum; forsan ואלו; cf. n^um 1909.

Ad dexteram est fragmentum quod ad n^um 2058, inspecto apographo Palmeri (tab. XX), pertinere dubium vix esse potest.

2264. — Burckhardt, p. 613, n° 2.

שלם...אלבעלי בר....

Pax! ...alba'li, filius...

Imperfecta est delineatio; attamen ob propinquitatem fragmenti de quo diximus sub n° 2263, valde probabile est proscynema hoc apographo descriptum idem esse quod jam edidimus sub n° 2057.

2265. — Burckhardt, p. 613, n° 4; Palmer, I, 48.

